

IOANNIS
PAVLI MELII.
INTER PRÆLATOS
CATHEDRALIS CREMONÆ,

PER PLVRES ANNOS THESAVRARIJ,

Olim Auditoris Camerae, deinde ad Sedem Apostolicam Ministris,

Nunc V. Præsidis Consiliarij Status, &c. In Ducatu Montisferrati,
Regnantibus Serenissimis iam CAROLO II. modò
autem FERDINANDO CAROLO illius
Mantuxæ, &c. Ducibus.

Quotidianæ Observationes Forenses:

IN QVIBVS SINGVLARES CONTROVERSIÆ
discutiuntur, cum decisionibus SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
hactenus non impressis.

AC INDICE NOTABILIVM LOCVPLETISSIMO.



LVGDVNI,
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXX.


CVM PRIVILEGIO REGIS



IOANNIS
PAVLI MELLII
QVOTIDIANÆ
OBSERVATIONES
FORENSES.

S V M M A R I V M.

- 1 Solemnitates ex lapsu triginta annorum praesumuntur. *Ampliat. ut num. 1. Adhibita in constitutione Praecursoris alterius non requiruntur. num. 6. Non requiruntur inter aequè privilegatos, num. 10. In contractu evidenter civili non requiruntur, num. 11.*
- 3 Iudicis praesentia solemnitates supplet.
- 4 Iuramentum supplet solemnitates.
- 5 Substitutionis solemnitates in contrahentibus minorum recessit ab Aula.
- 7 Contractus ab interitu celebratus est nullus.
- 8 Actus ex quibus progreditur ex precepto in iudicio inductus non vincit contractum, n. 9.
- 12 Nullitas triginta annis praescribitur.
- 13 Restitutio in integrum communitatis ob ignorantiam conceditur. *Declarat. ut num. 14 & n. 16. Quando excluditur, num. 17.*
- 15 Ignorantia ex quibus excludatur.
- 18 Obligatio Cameralis non admittit appellationem.
- 19 Solemnitatis defectus executionem obligationis Cameralis impedit, *declarat. ut num. 20.*
- 21 Temporalia ad alienandum sunt perpetua ad excipiendum, *declarat. ut num. 22.*
- 23 Alienatio, *consil. 726 & Consil. decis. Lucen. 10. declarantur.*



OBSERVATIO PRIMA.



ER ANNOS septuaginta Communitas Subinarum Cassarella primam adhuc infantem, deinceps Ducali Camere, & demum Capitanico de Suardis pro capitali Scutorum mille per eius Procurores possit recepto, & in ipsius Communitatis utilitatem vixit annos octiduo perfoluit, nunc autem sub pretextu defectus solemnium obiecta nullitate creationis census continuare in solutio-

Ivan. Pauli Mellii Observat. forens.

nibus recusabat; quare Magistratus census illum sustinere, & contra Communicatem pro decem annorum geminato solemnitates praesumi adhibitas non ambigebatur, *Menoch. de praesumptione. 112. num. 28. & seq. & num. 64. & seq. lib. 3. Sord. consil. 28. num. 15. & decis. 131. num. 19. & seq. Gabr. consil. 82. num. 30. lib. 2. Gratian. discept. 443. num. 32. & seq. & mon. 33. Vbi de lapsu sexaginta annorum, Melius allegat. 56. num. 19. lib. 2. Card. Ortiola. decis. 112. num. 4. Rot. apud Contr. decis. 112. sub num. 7. cessante difficultas, Borden. coll. 19. num. 79. Rot. decis. 32. num. 16. & decis. 175. num. 40. part. 9. tom. 1. Recens. Rubade valid. legal. cap. 43. n. 76. Valet. de transact. tit. 4. quest. 2. n. 67. & seq. Rot. decis. 121. n. 5. part. 1. recens. eam adductis per Tom. de iur. & iur. 19. mon. 1542. fol. 871. Spud. consil. 10. num. 4. & 5. & consil. 163. mon. 17. lib. 1. Vbi ampliat, quantumvis solemnitates in instrumto enuntiant non sint, & consil. 1. num. 40. & consil. 7. num. 28. & consil. 138. num. 2. lib. 2. & consil. 49. num. 1. & consil. 105. num. 6. lib. 3. Masciocot. var. resolat. 13. num. 9. & 10. lib. 3. Ciardin. controuers. 3. num. 55. & controuers. 105. num. 11. & controuers. 113. num. 19. & controuers. 180. n. 47. Barar. decis. 45. num. 6. & in an. num. 7. & seq. & decis. 120. num. 38. & in an. num. 41. Vbi bene distinguitur, & decis. 707. num. 6. Specul. decis. 115. num. 19. Altograd. consil. 26. num. 22. lib. 1. Donad. de renuntiat. cap. 18. n. 11. & late prosequitur Cam. 115. respons. 22. num. 28. 31. & seq. Vbi ampliat, etiam si in actu non sint descriptae, neque enuntiant, *Julgis. de empt. tit. de contractib. empt. quest. 28. num. 1. & per totum, lo. 22. Carol. Antonell. de temp. legal. cap. 71. n. 22. & seq. lib. 2. Caren. resolat. 102. n. 1. & seq. Mangil. de substat. quest. 100. num. 17. Post. de substat. inspel. 67. num. 49. & seq. & num. 59. Min. consil. 95. num. 13. Fouranell. decis. 439. num. 12. Bim. consil. 58. num. 36. & consil. 73. num. 10. & consil. 379. num. 63. & 64. Rota cotam Cavalerio decis. 175. numero 10. & seq. & in Romana fideicommissi de Cagliari. 16. Martij 1648. 9. prater quod 3 coram Eminentissimo Corrado. A Rodect.**

S. ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES

S. ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES,
EASDEM MATERIAS

f n

OBSERVATIONIBVS
DISCVSSAS CONCERNENTES.



S. ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
EASDEM MATERIAS
IN OBSERVATIONIBVS

discussas concernentes.

DECISIO I.

R. P. D. ALDOBRANDINO.

Mantuana Licentia.

Mercurij 4. Maij 1581.

SUMMARIUM.

- 1 *Vassallus feudum sine licentia Domini alienare nequit: sine licentia alienat in comprehensum, num. 2.*
- 2 *Feudi alienatio in proximam successivam valet. Alienatio in remotiorem, sustinetur in odium Domini, non autem agnati proximioris, num. 4.*
- 3 *Guido Papa cons. 46. non applicatur.*
- 4 *Im accrescendi datur inter investitor de eodem feudo, seu feudi portione successivis, ex investituris datur inter investitos de eodem feudo seu portione feudi, num. 7.*
- 5 *Feudum concessum iure antiqui habet omnes effectus feudi antiqui.*
- 6 *Alienatio prohibita apposita in investituris non comprehendat alienationem de iure permissam inter coinvestitos.*

DOMINI dixerunt, quod etsi regulariter vassallus et feudum absque Domini licentia alienare nequitur, *cap. 1. de prohib. feud. alien. per Luthar. c. 1. de vassal. qui con. 17. consil. Luthar.* hæc tamen regula non procedit, quando alienatio fit in agnato, et qui in feudo vis comprehensus in investituris succedere potest, *Bald. in cap. 1. de alien. feud. num. 11. Tiraq. de retrat. in prefat. num. 52. Dicit. qui Roma, 6. dicit fratres, ubi Ripa, num. 87. de verb. oblig. Gozad. cons. 20. num. 9. Clar. in 8. emphiteusis, q. 14. in 1. cum aliis alleg.*

Quæ limitatio non restringitur ad Agnatum et immediate successivum, ut videtur Iurisconsulti Pauli de Castri. in *Levantat.*, num. 4. Et ibi *l. 1. num. 6. c. de fidei. Bald. ubi supra, Afflict. de alienat. feud. pater. c. 1. num. 33.* quia imò alienatio facta in quemcumque Agnatum etiam remotum in investitura tamen comprehensum tenet respectu Domini, etiam quod sit facta sine eius licentia, et licet non valeat in prejudicium pro-

Decis. S. R. R. ad I. P. Melium,

ximioris Agnati, si ipse reclamet: *Ruin. cons. 8. in 1. lib. 1. fol. in cap. qua in Ecclesiis, num. 88. de const. Afflict. in cap. 1. num. 38. de Vassal. qui contra consil. Luthar. & tradunt late alij Moderni ab informantibus citati.*

Et cum hoc feudum sit antiquum etiam circumscripta investitura Aloysij cessant, et quæ decernuntur ex *Guid. Pap. cons. 46.* cum aliis alleg. maxime quia omnes Nobiles, et omnes illorum columelli, imò singule persone illorum, quando separatim cepimus investituras, fuerunt investiti de eadem tertia parte, sed quod omnes sine investiti de eadem portione, quo casu et inter eos est locus dari accrescendi, *l. in l. recon. in l. 1. num. 230. Et ibi Croc. num. 175. Ripa num. 164. Bologn. num. 35. ff. de legat. 3. prefertim cum omnes sint investiti ut de feudo mobili, et antiquo, in quo sine dubio vel est locus dari accrescendi, vel ut alij volunt, successione et vigore antiquarum investiturarum, *Clar. de feud. q. 67.* feudum enim ita concessum habet omnes effectus antiqui feudi, et *Bald. in c. 1. n. 8. de alien. feud. pater. Alex. cons. 30. num. 7. lib. 1.* et feudum esse antiquum etiam circumscripta investitura Aloysij constat ex investituris productis in causa pendente inter predictos DD. Nobiles, et Illustrissimum D. Carolum.*

Verum cum investituris adit prohibitio expressa alienandi, vel contractum aliquem faciendi de huiusmodi rebus, sine expressa licentia Reverendissimi D. Episcopi sub pena amissionis, ad hoc reducitur difficultas et an sine prohibito comprehendat etiam casum in quo de iure communi feudum sine licentia Domini alienari potest, in qua difficultate affirmativam opinionem tenuit *Bald. in cap. 1. §. praterea, num. 3. de cap. Corrad.* circa quod caput minime firmatum fuit, sed dicitur quod ad hoc me restringam, et dubitem particulariter. An tamen hoc pacto sit in casu in quo agitur, necessaria licentia Reverendissimi D. Episcopi materia enim non caret difficultate, quia scilicet *Guil. de Cremen in Leon. in §. sed in pluribus ff. de transact. Et Salicet. in l. ea lege, col. par. num. 17. Cod. de cond. ob causam, late Bologn. in l. qui Roma, 6. dicit fratres, n. 187. de verb. oblig. voluerunt restringere hoc pactum ad naturam feudi, ut intelligatur prohibitio de alien. quæ secundum naturam.*

Tamen multi contrarium tenent, sequuntur enim *Bald. ibi Algarca. num. 4. cons. quæro iuxta*